



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

33. Tria exigit imitatio Christi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Huc igitur miseri, coeci, claudique venite
Ad Triadem; maneat turba vocata foris.

[a] Tria ista sunt vitia 1. Joann. 2. qua sunt tres furia mundi divexantes. Prima, id est, superbia debetur lapsus angelorum. Secunda, id est, luxuria, diluvium, Gen. 6. omnis enim caro corruerat viam suam. Tertia, id est, avaritia, orbis interitus, cum spina suffocatrices comburentur. Ita quidam vir doctus.

SYMBOLUM 32.

Ecce jam triduo sustinent me. Marc. 8. apud S. Aug.

Turma premit Christum patriâque, domoque relictis,
Deserti esuriens interiora petit.
Mentis amans epulas sic pendet ab ore docentis,
Vix opis esuriens, vix sitiensque memor.
Distulit in ternam Jesus alimenta dietam,
Cuncta facit Triadis nomine, cuncta docet.

SYMBOLUM 33.

Tria exigit imitatio Christi.

Abneget semetipsum, tollat Crucem, sequatur me. Luc. 9.

Qui-me-a-cumque sequi statuit vestigia, vitæ
Estque meæ in terris asperioris amans.
Intuitu Patris qui condidit omnia, Natum
Omnibus exutum me comitetur inops.
Haud grave sit sufferre crucem, parere vocanti,
Dat facilem sacri Flaminis aura viam.

SYM-